



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

c. 1. Si quis puerum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

de sententia & re iud. lib. 6. & Clemens V. in concilio Viennensi, & habetur in Clemen. Romani. de iureiuran. ex quibus colliges impios esse, & Ecclesiam inimicos, qui hac vel non recipiunt, vel de his male sentire videtur, inter quos est Franciscus Duarenus lib. 1. c. 4. de sacris Ecclesie ministerijs. non est itaque fas dicere Romanum Pontificem non habere utrumque gladium, siue utramque iurisdictionem videlicet spirituales & temporales.

Ceterum cum hic articulus de duplici Romani Pontificis iurisdictione sit late patens: nec nostre breuitatis institutum eum hoc loco fusius explicari permittat, satis videbimur fecisse auctores & loca indicauerimus, unde eius notitia haberi possit. de eo ergo late tractant Doctores Canonistae cum glossa in cap. nouit, extra de iudic. glossa, in c. causam que qui filij sint legit. glossa super. extrauagan. Vnam sanctam. de maio. & obediens. de qua nunc agimus. glossa & ibidem Doctores in cap. licet. extra de foro compet. gl. 1. in cap. Vergentis, de heret. & Augustinus de Aucona in summa de potestate ecclesiastica. q. 46. ar. 2. Aluarus Pelagius lib. 1. c. 13. de planctu Ecclesie. copiose Turrecremata in summa de ecclesia lib. 2. cap. 113. 114. & 115. idem apud Gratianum in cap. cum ad verum. 96. dist. Iacobatus tract. de Concilio. lib. 10. art. 7. Caietanus in 2. parte Apologie de potestate Papa, cap. 13. ad. 8. arg. Sotus lib. 4. sentent. dist. 25. q. 2. ar. 1. & lib. 4. de iustitia & iure q. 4. art. 1. Ferdinandus Vasquius lib. 1. controuersiarum illustrium, cap. 20. & 21. Simancas de catholicis instit. tit. 45. de Papa. Albertus Pighius Campensis lib. 5. c. 16. Hierarchie ecclesiasticae. Restaurus Castaldus tract. de Imperatore, in diuersis locis, Ioannes a Capistrano tract. de Papa & concilio auctoritate, par. 2. partis secundae de principalis. Blasius Nauarrus libro 1. de sacro ecclesie principatu, cap. 7. & 8. Cassaneus in catalogo gloriae mundi. par. 4. consideratione 7. & alij quos longum esset recensere.

Admonedo tamen hic, non esse facile, cum in auctorum praecatorum, aut aliorum de hac re disserentium, recipiendam sententiam, (neque nimis eo animo eos retuli ut approbarem) sed iudicio opus esse. Nam veritate testante, spiritualis potestas terrenam potestatem instituere habet & iudicare, si bona non fuerit. Hae est postrema assertio ueluti superioris declaratoria, nempe, Romanum Pontificem, iurisdictionem temporalem tunc exercere in principes seculares, cum illi potestate sibi data abutuntur, inde subdit, at non de conuerso illi Romanum Pontificem iudicabant. Pontifex enim Romanus omnes iudicat, ipse autem a nemine iudicatur, quod vno assensu docuerunt primi illi Romani Pontifices, ut Siluester, & habetur in ca. nemo 9. q. 3. ibi: Nemo iudicabit primam sedem iustitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex iudicabitur. idem Gelasius Papa, & habetur in c. cum etiam per mundum. 9. q. 3. ibi. Neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Idem Symmachus Papa, & habetur ibidem in cap. qui aliorum & Vigilius Papa, & Nico-

Pontificem Romanum nemo iudicat.

laus, & habetur in cap. nemini. 17. quest. 4. item alij, quos longum esset recensere. Nostri tamen vnum casum excipiunt, cum videlicet Romanus Pontifex incidit in heresim. cap. si Papa. 40. dist. at non desunt qui verisimiliter asserant Papam rite & canonicè electum hereticum esse non posse, de quo quid sentiam, explicabo infra part. 3. super quest. 25.

DE BAPT. ET EIVS EFFECTV de uolumine maiori decretalium.

ALEXANDER III.

Licet puer sit termersus in aqua in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; si non sit dictum; ego te baptizo in nomine patris, & c. non est baptizatus. Cap. 1.



QUIS puerum ter in aqua immerferit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, amen: & non dixerit, ego baptizo te in nomine Patris, & Filij et Spiritus sancti, amen: non est puer baptizatus.

COMMENT. XL

SI QVIS puerum ter in aqua immerferit. Ideo retulit Emericus, quia hoc in hoc extra dicitur catholica veritas, nempe, vitari baptismum quorundam minister non exprimit actum baptizandi: non ergo intelligas vitari baptismum ex omissione pronominis, Ego, quod videtur indicare hic textus; sed vitari ex omissione actus baptizandi: ut si quis ommitteret verbum, baptizo, aut aliud ei simile, & solum diceret, in nomine Patris, & c. non conferret baptismum: nam Graeci sine expressione personae ministri baptizantis vere conferunt baptismum ut in concilio Florentino definitum est quamquam pronomen, ego, omitti non debeat. c. si quis sane, de bapt. & eius esse. & glo. in sum. de cons. di. 4. Vult ergo definire Romanus Pontifex, quod licet quis mergat siue aspergat, aut effundat in nomine Patris, etc. non exprimendo verbo actum baptizandi, non baptizat. Si vero dicat, Baptizo te in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti sufficit ad essentiam. c. si quis presbiter. c. multi. & c. sanctum. de conse. di. 4. & S. Tho. 3. p. q. 66. ar. 5. & Theologi communiter lib. sem. di. 3. & ibi Dominicus Sotus. q. vnica. art. 5. dum tamen habeat intentionem saltem facie di quod facit ecclesia. c. solet. de consecra. di. 4. & c. humane. 22. q. 5. & tradit concilium Trid. Sess. 7. de sacramentis in genere, cano. 11.

IDEM ALEX.

Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus potest baptizari forma hic expressa. Cap. 2. De quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizantur his uerbis praemissis: Si baptizatus es, non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, Ego te baptizo, & c.

COM.

Nemo puzan si in d quia scelus

Cap lo, & confes & c. p. ri quo ergo.

Non nino baptismi omissione nois, ego ex omissione actus baptizandi.

Matth Luc. 2.

Iaco.

Luc. 7.